



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. XXIV. Ad cap. XXIX. de Rescr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

rius perpetuus. *Clemen. t. de off. Vicar.* Perpetuus autem dicitur, quia revocari non potest, vel destitui à Priore vel Episcopo, absque judiciali sententiâ & causa, quæ privat beneficio possessorem.

cap. adhac. de off. Vicar. Quo nomine differt à Vicario temporali

Rescripto- *c. t. eod. tit.* Denique & hoc notandum, Rescripta ad beneficia a-
rum ad be- lia dari in formâ communi, quia olim Pontifex non solebat gra-
nificia for- vare ordinarios in collatione beneficiorum, sed solebat scribere
ma. ad eos, ut ipsi providerent illis, quos ordinaverant sine titulo, &

Form. 1. cum hoc genus rescriptorum dicitur in formâ; *cum secundum Apoflo-*
secundum *Apostolum.* *lum,* quia innititur verbis Apostoli; *qui servit altari &c.* Dicun-
tur etiam impetrari in formâ pauperum, quia pro pauperibus cle-
ricis tantum rescripta emittuntur, secundum illam formam, ut in

Litera ju- *cap. si pauper, de præbend. in 6.* Appellantur & literæ justitiae, quia
stitia, & ordinarius de jure tenetur providere clericō, quem ordinavit abs-
gratia. que patrimonio. *cap. Episcopus. c. non liceat. inf. de præbend.* Alia
sunt rescripta gratiæ, cum Pontifex de merâ gratiâ confert benefi-
cium vel mandat conferri non habitâ ratione officii vel paupera-
tis. *c. gratia. b. t. in 6.* *Clemen. gratia. Eod.*

CAP. XXIV.

Ad cap. XXIX. de Rescr.

S U M M A R I A.

- | | |
|--|---|
| 1. <i>Reus extra diœcesin non evo-</i> | 4. <i>Sed servatur tamen in Gallia.</i> |
| <i>candus.</i> | <i>5. Vocabuli dieta originatio.</i> |
| 2. <i>Dieta, quid.</i> | 6. <i>Dieta.</i> |
| 3. <i>Capitulum hoc correttum.</i> | |

*Reus extra
diœcesin nō
evocandus.
Dieta, quid.*

Non evocandos esse reos per literas Apostolicæ ad Judices extra diœcesin, ultra duas dietas, statuit Innocentius in concilio generali Lateranensi c. 37. Unde de-
sumtum est capitulum istud. Quid nomine dietæ ve-
niat hoc loco non est obscurum. Accipitur enim pro itinere
unius diei & continet 20. miliaria seu sex Leucas. *cap. Ex parte*
verb. ultra duodecim Leucas. X. de foro compet. & computantur
non à domicilio rei, sed à fine suæ eujusque diœceseos Joh. Andr.
ad e. statutum. ad v. unam dietam, de rescr. in 6. gloss. in c. dilectus.

29.

29. ad v. *domicilium. h. t.* Hodie hoc caput correctum est, per cap. *Capitulum Statutum. §. cum verò & §. cum autem h. tit. in 6. & distantia ad u- hoc corren-*
nam diætam est coarctata ; Sed nec hoc servatur in Galliâ, sed sta- Etum..
tur constitutioni isti de diæbus diætis, gl. in pragm. tit. de causis. §. Sed serva-
statuit. & si reus citetur ultra duas diætas, appellatur ad senatum tur tamen
tanquam ab abusu. Vocabulum diæta, seu, ut malunt dieta, un- in Galliâ.
de haustum sit hujus ævi scriptoribus hoc significatu, non liquet. Vocabuli
*Certè nec Græcum nec Latinum est , procul dubio ut dietim *diæta origi-**
*formatum, eine Tagereise. Nihil enim habet simile sive *diæta, natio.**
*sive *diætæ*, tempus duorum annorum, *diæta* verò modum & *Diæta*.*
formam vivendi significat, sed & cubiculum, ubi convivia fiunt,
vel ubi cœnatur, quod claustrales refectorium dicerent. Vide Uli-
*pianum in l. *Senatus. 43. S. Marcellus. de Leg. I.**

CAP. XXV.

Ad cap. 29. h. t.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|------------------------------|
| 1. <i>Archiepis. Cantuar. Stephanus</i> | 2. <i>Ejus fortuna.</i> |
| <i>Langthonius.</i> | <i>3. Dunelmium, Durham.</i> |
- C**ui Honorius III. rescribit, est Cantuariensis Archiepiscopus, ut monstrat epigraphe ; Hæc verò in quinta compi- Cantiuar. Clatione ita habet : *Cantuariensi Archiepiscopo, sanctæ Ro- Stephanus, manæ Ecclesiæ Cardinali*, quam descriptionem omisit Ray- Langtho- mundus. Archiepiscopus iste fuit Stephanus Langthonius, primo nius. monachus Cantuariensis, deinde magnus Cancellarius Universi- Ejus fortu- tatis Parisiensis & Canonicus secularis S. Mariae Parisiensis. Postea Huberto Archiepiscopo Cantuariensi mortuo in ejus locum ab Innocentio III. suffectus est, demum ab eodem, anno 1212. Presbyter Cardinalis tituli S. Chrysogoni creatus. Clericus Dumelien- sis, Dulmensis, Dulnediensis, mendæ sunt. Scribendum, Dunel- mensis. Dunelmium hodie Durham, Comitatus, sub Archiepi- Dunelmii, scopo Eboracensi, quo sedes translata ex Lindisfarnâ insulâ. Wil- Durham. helmus Malmesbur. lib. 3. de gestis Pontif. Anglic. Ubi narrat claves castri Dunelmensis vacante Episcopatu, ex instituto S. Cut- berti ad mausolea appendi solita fuisse.

I 3

CAP.